ra, ſiue homicidium ſubſecutum non confunduntur, ſecus
17 † autem ſi inſultus, & vulnera in eodem territorio commiſſa fuiſſet, nam tunc confunderentur, ita tradit Bero. in quæſt. 89. & hoc caſu, & ſimilibus arbitror locum non eſſe præuentioni; nam quilibet Iudex poteſt punire delictũ, quod committitur in ſua iuriſdictione, in qua maior eſt omnibus Alijs Iudicibus no. Doct. in l. Magiſtratibus ff. de iuriſdict. om. iud. & latè per Decian. in tract. crim. tomo primo, lib. 4. capit. 16. numer. 7. ſed ſi extaret ſtatutum, eſt diſtinguendum, nam ſi di-
18 cat, quòd quicunque † ſagittauerit, vel ſcloppum exonerauit, tunc punietur etiã a Iudice, in cuius iuriſdictione exiſtẽs exonerauit, dato, quòd in aliena iuriſdictione occiderit; ſecus ſi ſtatutum punire percutientem, vel vulnerantem, vel occidentem, ita determinauit Pet. quẽ refert Cyn. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet, & Ioann. Andr. in capit. inobſcuris, de reg. iur. in 6. in nouellis, & idem videtur tenere Bartol. in l. libellorum, de accuſat. numer. 7. & ita etiam tradit Decian. in tract. 1 crimin. tomo primo, libr. 4 capitul. 17. numero nono, & ibi numer. ſequenti dicit, quod idem eſſet, ſi quis exiſtens in vno trritorio conuicinum dixerit in aliquem in alieno territorio exiſtentem, nam ſi ſtatutum punit proferentem conuicia, punietur in loco, in quo protulit ſi vero punit iniuriantem, vel conuinciantem, attenditur locus, in quo ille paſſus eſt iniuriam; & licet Decian.
19 † ibi proſequendo dica, ſi non extaret ſtatutum, quòd de iure communi confunduntur mandatum, tractatus, ſagittatio, percuſſio, prolatio iniuriæ, & paſſio ipſius; quia de iure communi delictum denominatur a fine, & ſic a conſumatione, Bart. in d. libellorum, numer. 7. ex quo videtur uelle inferre, quòd ſtatuto non exiſtente, Iudex loci, in quo conſumatur delictum, ſolus procedere poſſit: ſed ego credo hoc non eſſe verum, quia delicta prædicta non confunduntur, quando actus cæptus in vno territorio fuiſſet conſumatus in alio, ſed ſolum quando in eodem territorio fuit ceptus, & conſumatus, vt per Bero. in d. q. 89. numer. 2. & ideo concludendum eſt, de iure communi, ſi delictum erit diuiſibile, in vtroque locu puniri, vt ſi quis in vno territorio cæpit aliquem & commiſit priuatum carcerem, & in alio ſpoliauit, nam de captura iudicabitur à Iudice loci, in quo cepit illum, & de ſpolio à Iudicem, in quo expoliauit, ita Bal. in cap. 1. §. iniuria
20 num. 11. de pace iuram. firm. ita ſi quis † puellam in vno territorio, eam in alio cognouit, vt per Marſ. in l. ſin. num. 106. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi num. 204. habetur, etiã ſi exiſtens
21 Bononiæ mandat † homicidium committi Florentiæ, & ſecuto homicidio, vbi poterit inquiri, & ſimiliter de ratifican-
22 te † in vno territorio dictum in alio territorio commiſſum, à quo Iudice debeat puniri habetur per Deci. in tract. crim.
23 tom. 1. cap. 16. numer. 13. & † ſi quis portaret arma in vno territorio, & in alio vim faceret publicam cum ipſis armis, per vtrumque iudicem puniri poterit. Grammat. in conſ. 43. num. 2. & conſ. 55. num. 3.

Adde, quòd ſi puella fuit capta in uno territorio, & cognita in alio, vnuſquiſq; iudex poterit procedere, ſecundun Bal. in l. ſi quis non dicam rapere col. 5. C. de epiſ. & cler. quem refert, & ſequitur Felyn. in c. 1. ſub. num. 12. de præ-
24 ſumpt. & ibi † dicit etiam, quòd ſi in vna villa vnus fuit ligatus, & in alia derobatus, quòd ſimiliter ab vtroq; Iudice poterit contra delinquentes procedi.

*radi folio 250. in fine. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Albericus in 4. parte ſtatutorum, quæſt. 79. quem refert Nellus de bannitis in 2. parte primi temporis q. 8. [q] Succiſſiue, quæro nunquid delinquens in vna cinitate [r] poſſit pnniri in alia ei confœderata. Reſpond. Bartol. videtur in aliquibus locis ſenſiſſe, quod ſic, ſed Bald. in l. excuſatorem, numer. 32. C. de exec. rei iud. tenuit totom oppoſitum, dicens, quod in hoc Bart. errauit, nec ſeruatur dictum ſuum de conſuetudine, quia ſapientibus non placet, ideo illud conſuetudo abhorret, & illum refert Iaſ. in l. à diuo Pio, §. ſententiam Romæ, poſt num. 10. ff. de re iud. Et ab hac opin. contra Bart. nòn recedas in practica, niſi aliter ex capitulis fœderum expreſſe cautum eſſet. Faciunt, quæ dixi infra q. 71. verſic. quæro modo.*

*Prætetea quæro, [ſ] Pone quòd aliquis committat deli-*
11 *ctum in confinibus duorũ territoriurum, ita quod neſcitur ſuper quo territorio poſſit dici commiſſum fuiſſe, quis iudex procedet? Reſp. Aliqui dicunt quòd vterque iudex poteſt procedere: ſi tamen vnus præueniat, ille ſolus cognoſcere debet. Et hanc dicit eſſe communem opin. Iacob. Beluiſ. Iun in repe. §. contrahentes, poſt num. 18. [t] Sed quidquid ſit de iure, vſus obtinuit, quòd vterque iudex procedit, & punit in ſuo territorio. Et ita communiter ſeruari atteſtatur Iacob. de Beluiſ. in loco præalleg. poſt numerum decimemquartum, Marian. in d. cap. propoſuiſti, prout illum refert Boſſ. in tit. de foro compet. num. 60.*

*Vlterius [u] quæro, Pone quod quis accuſauerit Titiũ de aliquo delicto: Titius cõparet, & non negat delictũ,*

q *Succeſſiuè quæro.*] 
25 Adde, quòd † conſuetudo poteſt inducere, quòd dilinquens in Ciuitate cõfœderata puniatur. vt per Pet. Rau. in tract. de conſu. ſub num. 248.
26 Itẽ adde, quòd Marſ. in conſ. 121. num. 9. cum ſeq. tenet contrariũ, videlicet, quod cõmittens delictũ in una Ciuitate, poſſit puniri in alia ei cõfœderata, et ibi accumulauit multos idẽ tenentes, ſed hoc nunquã vidi ſeruari, & conuẽtio, quę eſt inter
27 ſummũ † Pontificẽ, & Regem Philip. de qua in lib. pragmaticarũ, ſub tit. de malefac. eſt ſolũ, quod banniti non ſint tuti, ſed quòd debeant ab officialibus vtriuſque Principis omni cum diligentia perſequi, & ad eorum officiales remitti *Baiard.*

r *Ciuitate.*] Adde ad propoſitum quæ ſcribit Guid. Papæ q. 177. nu. 2. & Nicol. Boer. deciſ. 29. num. 2. *Guiot.*

ſ *Præterea quæro.* Boſ. de foro cõp. nu. 161. & 115. Decian. d. tom. 1. crim. lib. 4. cap. 16. nu. 22. & cap. 16. n. 16. 21. Farin. d. tit. de inquiſit. q. 7. num. 51. *Roſ.*

28 *Præterea quæro.*] Adde, quòd ſi cum altero † ex illis iudicib. concurreret aliquis alius modus, quo quis ſortitur forum, vt quia eſſet iudex domicilij, vel originis delinquentis, tunc is præferetur, qui duplici iure fuerit iudex, quia duo vincula magis ſtringunt, ita tenet Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 17. num. 19.

29 Adde, quòd ſi maleficium † committatur in confinio, & homo reperiatur mortuus proſtratus, ita quòd tangat de vtroque territorio, & confinio, vterque iudex poterit procedere contra delinquentem. Bal in l. ſi vero. §. quòd ſi ex medrano, ff. de his qui eiec. vel effud. & in l. 2. C. vbi de crim. agi opor. & Cott. conſ. 47. num. 56. *Baiard.*

t *Sed quicquid ſit.*] Adde, quòd † hoc non eſt de æquitate, quia ne reus vexetur a duobus Iudicibus, deberent inter ſe concordare, vt alter vices amborum ſubſtineret, vt per Marian. in cap. poſtulaſti num. 7. de foro compet. *Baiard.*

u *Vlterius quæro. Sed quero nnnquid iudex.*] Adde, an
31 iudex † teſtem, qui coram eo falſum depoſuit, poſſet punire lata ſententia in cauſa principali, procedendo per inquiſitionem: & dic, aut fit depoſitio coram iudice habente merũ imperiũ, & tunc poteſt etiã poſtea inquiri; aut non habet merũ imperiũ, & non poteſt. ita diſtinguit Ang. de Vbald. in repet. l. ſi vacãtia de bon. vacant. lib. 10. nu. 138. & ibi nu. 140. cũ ſeq.
32 ponit, quòd teſtis deſtis deponens falſum corã arbitrio † non poterit per eum puniri, niſi fuerit factũ compromiſſum in iudicem habentem imperium, qui non vt arbiter, ſed vt iudex eum punire poſſet, ſed ſi non haberet imperiũ, etiã, quòd eſſet iudex, non poſſet punire, quia non incidiſſet quæſtio corã eo, tamquàm corã iudice, ſed tamquam corã arbitro; dicit tamẽ, quòd ſi eſſet arbiter, habens iuriſdictionem à ſtaturo, prout in Ciuitate Peruſij, poſſet punire, ſed quod nunquam uidit illud obſeruari Peruſij, vbi tales arbitri habẽtes iuriſdictionẽ eligũtur



tur, licèt de iure fieri poſſet, & n. 149. ponit, quòd
33 Iudex, † cuius iuriſdictio fuerit prorogata, poterit punire teſtem coram eo falſum deponentem, & idem credit de Iudice ad vnam cauſam delegato, ponit etiam ibi num 152.
34 quòd ſi Iudex † maior coram Iudice minori falſum deponeret, quòd per illum Iudicem inferiorem poſſet puniri. Sed de iſta quæſtion. vide etiam Menoch. de arbitr. iud. q. 91. vbi latè, quando Iudex ad cognoſcendum cauſas ciuiles habet arbitrium tanquàm Iudex ordinarius, vel delegatus.

Item adde, quòd pote-
35 rit † puniri ab vtroque iudice, ſi ab vno non fuerit ſufficienti, & congrua pęna punitus, vt eſt communis opin. de qua Becci. cõſil 69. num. 4 vol. 1.

Item adde, quòd depo-
36 nens † falſum coram Iudice, qui ad inſtantiam alterius iudicis examinaret, ab eo poterit puniri, licèt non ſit Iudex cauſæ: ita Bald in l. nullum, n. 6. C. de teſt. Marian in cap. poſtulaſti, n. 19. de foro compet. & Decian. in tractat. crim. tom. 1. c. 17. num. 28 *Baiard.*

x *In alieno Territorio.*] Materiam hanc latè diffuſam vide apud Felin. in cap. ſuper litteris coll. mihi 11. verſicul. fallit 1. ſept. fall. de reſcript. infra quæſtion. 43. verſ. fin. huius verſic. & ſuperiori proximo adde Menoch. Tract. de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu. 321. Sed contrarium huic dicto, quòd videlicet Iudex non poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, videtur innuere Conſtitutio Mediolani libr. 3. titul. de feudis, §. Quid ſi oriatur lis: Adde his, quæ dixerunt Felin. & Menoch. Fulu. Pac. de probation. libr. 2. capit. 42. numer. 59. cum ſequent. *Drogh.*

y *Coram quo teſtis falſum depoſuit.*] Adde infr. hac eadem quæſt. verſic. Sed hic quæro, circa fin. ſupra q. 35. in princip. fallit in clerico deponente falſum coram ſeculari, quia remittitur puniendus ad proprium Iudicẽ, Capyc. deciſion. 5. num.

*ſed dicit illum commiſiſſe [x] in alieno territorio, quid debet Iudex hoc caſu facere. Reſp. quod ante omnia poteſt, ac debet cognoſcere, an ille locus, in quo delictum commiſſum fuiße dicitur, ſit de ſua iuriſdictione. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Marian. in cap. poſtulaſti, quod eſt c. fin. poſt num. 9. verſ. Circa 14. de foro compet.*

13 *Sed quæro, nunquid iudex, coram [y] quo teſtis falſum deponit, poſſit illum punire de falſo, etiamſi reſpectu pœnæ non ſit illi Iudex competens? Reſp. aut eſt iudex ordinarius; & poteſt illum punire pœna extraordinaria, ſecundũ Bar. in l. nullum, n. 8. C. de teſtib. & eſt communis opin. vt dicit Boſſ. in tit. de falſis. nu. 103. [z] Et ſcias, quòd licet iſte Iudex puniat illum teſtem tali pœna extraordinaria, [a] poteſt nihilominus Iudex competens ipſius teſtis procedere contra eum de falſo ad pœnam ordinariam; & ita volunt communiter Doctores, vt ait Boſſ. in tit. præalleg. n. 104. Aut eſt [b] Iudex delegatus: & tunc eſt diſtinguendum. Nam aut loquimur in delegato Principis, & poteſt eum punire; aut quimur in delegato ab inferiore à Principe, & non poteſt. Ita dicit Io. And. in add. Spec. in tit. de teſte, §. 2. n. 44. Et hæc diſtinctio eſt frequẽtiori ſuffragio iuris vtriuſque interpretum recepta, vt ait Didacus in pract. q. 18. nu. 8. Scias tamen, quod non poteſt delegatus huiuſmodi teſtem punire pœna ordinaria, ſed tantum extraordinaria. Et hæc eſt communis reſolutio, vt atteſtatur Sapia in l. fin. num. 8. de offic. eius.*

14 *Sed [c] hic quæro, quid ſi clericus deponat falſum teſtimonium coram iudice laico, nunquid poterit ab eo puniri de falſo? Reſpon. In hoc art. tres fuerunt opin. [d] Prima fuit gloßæ in d. l. nullum, in gloſella 1. C. de teſtib. quæ videtur ſẽſiſſe, quod Iudex laicus poſſit illum punire de falſo. Sed illa gloſ. communiter reprobatur, vt dicit Card. Alex. in cap. de accuſatione, col. 32. verſic. ſed quid ſi clericus, 2. quæſt. 8. Secunda fuit opin. Federici de Senis conſ. 93. factũ tale, quòd ſcilicet Iudex ſecularis non ad accuſationẽ partis, ſed ex officio poteſt punire clericum de teſtimonio falſo coram eo perhibito in pęna pecuniaria. Et hanc opin. dicit in Francia ſeruari Guliel. Bened. in 1. par. repet. c. Rayn. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 142. quem refert Chaſſan. ſuper conſuet. Burgund. fol. 52. n. 87. Idem atteſtatur Aufrer. in Clem. 1. de offic. ord. in 2. fall. 1. reg. [e] Tertia fuit opin. Hoſt. quòd Iudex laicus non poſſit illum punire neque corporaliter, neque pecunialiter. Et hanc opi. tenent communiter Canon. vt dicit Afflict. deciſ. 230. quam etiam dicit eſſe communem Felyn. c. verum, de for. comp. prout illum refert Capic. dec. 2. num. 13. & Rol. conſil. 12. num. 48. lib. 2. Maranta in ſuo Speculo, fol. 130. numero 4. Vantius de nullitatibus, fol. 111. num. 50. Diaz. in pract. crim. can. 87. in fin. quem refert Pract. Conradi fol. 247. in princip. & Nunius de los corrigidores, fol. 232. colum. 2. verſ. quod intellige, Did. in pract. q. 18. poſt num. 8. quem refert Don. Ant. de Padilla in l. traſigere, num. 112. C. de tranſ. Boſſ. in tit. de falſis, nu. 110. Et hæc op. apud nos ſeruatur in pract. [f] Bene poteſt Iudex laicus in ipſa cauſa ciuili cognoſcere ſuper falſitate, quam clericus depoſuit, nõ quidem ad effectum expediẽdi ipſam cauſam corã eo vertentem. Et hoc omnes fatentur, vt ait Did. in d. qu. 18. in vltimis verbis.*

15 *Quæro [g] nunc, quia è conuerſo, ſi laicus deponat falſum teſtimonium coram iudice eccleſiaſtico, nunquid poterit eum punire? Reſpon. quod ſic: & eo caſu vterque Iudex ſcilicet [h] eccleſiaſticus, & ſecularis poteſt procedere contra huiuſmodi teſtem, & inter ipſos Iudices erit locus præuentioni. Et ita in facti contingentia deciſum fuit per Conſilium Neap. vt per Afflict. dec. 219.*

13. poſt Bart. in l. Diuus, col. fin. ff. de falſ. & deciſ. 142. ad fin. *Drogh.*

z *Et ſcias quod licèt.*] Adde infr. q. 83. verſ. fin. vbi paſſim de iſtis pœnis extraordinarijs. *Drogh.*

a *Poteſt nihilominus*] Farin. d. q. 67. vol. 2. §. 2. n. 26. & 27. 31. 33. 38. 40. 46. & 51. *Roß.*

b *Iudex delegatus.*] Adde, & vide fuſius explicatum per Iac. Menoc. de arbitr. iud. quæſt. 91. in ſecundo caſu per totum. *Giach.*

c *Sed hic quæro.*] Adde infra q. 26. verſic. ſed nunquid ad fin. & q. 35. in princ. *Giach.*

*Sed hic quæro.*] Adde vidend. in collect. mea commun. opin. §. teſtis, n. 18. *Giach.*

d *Prima fuit gloſſæ.*) Farin. d. quæſt. 67. §. 2 nu. 54. 55. *Roſ.*

e *Tertia fuit opinio.*) Farin. vbi ſup. n. 56. & 57. *Roſ.*

f *Bene poteſt Iudex laicus.*) Adde Capye. de quo dixi ſupra, verſ. Sed quæro nunquid, ſupra q. 35. in princ. *Drogh.*

*Benè poteſt Iudex laicus.*) Adde, quòd Iudex
37 † laicus poterit procedere in cauſa, etiam quòd ſibi per Iudicem eccleſiaſticum inhibitũ fuiſſet, coram quo clericus fuiſſet conuentus de falſo, vt per Feder. de Sen. in conſ. 93. quem ſequitur Socin. in conſ. 99. n. 23. vol. 3. & Lãcel. in tract. de attent. par. 2. c. 20. num 87. *Baiard.*

g *Quæro nunc.*) Far. d. loco n 31. 32. *Roſ.*

*Quæro nunquid è conuerſo.*) Adde, quod Iuexd
38 † eccleſiaſticus nõ poterit punire teſtem laicum, qui coram eo depoſuerit falſitatem poſt ſentẽtiam in cauſa datam, quia functus eſt officio ſuo; Butr. & Bald. in cap. 1. de calumn. & Felin. ibi n. 4. & ſecundùm hanc deciſionem iudicatum fuit, vt refert Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 219 hic allegata. *Baiar.*

h *Eccleſiaſticus, & ſecularis.*) Adde ſupra q. 16 verſ. An autem quæſt. 36. verſic. quæro, vbi accuſatus ſimili modo coram vno Tribunali, poteſt nihilominus coram alio accuſari, ſi in priori Tribunali,

nali fuerit contumax, & poſtquam loquitur hic de præuentione, quomodo ſe ſe defendat Reus, qui vocatus, vel dilatus prius coram vno Tribunali, deinde forſan rexatus ſub fideiuſſione, citatur coram altero, vide quæ latè ſcripſit Fel. in cap. cum M. Ferr coll. mihi 11. extra de Conſtit. ex mente Innoc. in d. cap. cum M. Ferrar. in fin. qui tamen loquitur in Ciuilibus, vt ibi per eum, infra hac eadem q. uerſic. fin. & uide Boſſ. tit. de ſor. comp. nu. 80. cum ſeqq. *Drogh.*

i *Tu ſcis quod furtum.*) Ioan. de Lignano in lib. 1. conſ. crim. 2. edit. 21. Zileti conſ. 10. & an punire debeat ſtatutis locorum, vbi ventilatur iudicium Bart. ibidem conſ. 9. num. 25. & uidendus erit Decian. tomo 1 crimin. lib. 4. c. 15. *Roſ.*

*Tu ſcis, quod furtum eſt contrectatio.*) Adde,
39 quòd † fur ubique poteſt conueniri, capi, & puniri, ut rem furatam, aut eius æſtimationem reſtituat, etiamſi reperiatur ſine re furata, & ſi fur non habuerit, quòd pro furto reddat, & incognito rem furatam uendiderit, ipſe ue-
40 nundabitur, † ut per Ber. de Plotis conſ. 133. num. 45. fol. 167. inter conſil. criminal. diuerſ. tomo 1. ſed hoc non credo nec ſeruatur, ut uenundari poſſit.

41 Item adde, † quòp non diceretur cōmittere furtum per cōtrectationem, ſi non aſportaret rem furatam, ſed pretium, ut per Martin. de Gratis conſil. 61. num. 4. & 5. uolum. 1. inter conſ. crimin. paruæ impreſſionis, & Ang. hic allegatum in uerſ. etiam ueſtem cæleſtem uerſic. quæro, quod ſi fur in fine, & ibi Angel. de Arim.
42 ubi hanc † doctrinā Bart. multas ponit limitationes, & inter alia limitat dictam doctrinam non procedere, ſi non fecerit reſidentiam per ſpacium unius diei, quem refert, & ſequitur Boer. in deciſ. hic allegata, num. 48.

43 Item adde, ſi quis † cum armis fecerit rapinam Peruſij, poſtea cum re capta captus fuerit Mediolani, an debeat puniri tanquam latro, an tanquam ſimplex fur; hanc quæſtionem tractat Bald. in cap. 1. §. iniuria puittur, numero 21. de pace iur. firm.

Item adde, retenta opinione Bart. quòd ſtatutum diſpo-
44 nens, † ut fur pro tribus furtis moriatur, non habet locum in contrectante rem unam per diuerſas iuriſdictiones, ut dicatur tria furta commiſiſſe; ſecundum Ang. Fulgoſ. & Salyc. in authen. ſed nouo iure, C. de ſer. fugit & Bald. in cap. Eccleſia Sutrina de cauſis poſſ. & propriet. & latiſſimè per Alex. de Imol in conſ. 71. n. 20. uol. 2. inter conſ. crim. diuerſ. paruæ impreſſiononis, & ibi etiam impuugnat opin. Bart.

45 Item adde, quòd Iudex † loci per quem fur tranſit cum re furata, poteſt eum capere, & punire ſecundum Bartol. in conſil. 6. inter conſ. crim. diuerſ. magnæ impreſſionis, tom. 1.

16 *Tu* [i] *ſcis quod furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. Modò aliqiss commiſit furtum in ciuitate Aſtenſi: poſtea tranſtulit ſe cum re furtiua ad ciuitatem Alexādriæ: nū quid prætor Alexandriæ poterit ratione contrectationis eum punire de furto? Reſpon. Bart. in l. ſi dominium, num. 2. ff. de furtis, tenuit, quòd ſic: & dicit Ang. in d. l. ſi abducta, in lectu. Peruſina, C. de furtis, quòd ſæpius vidit practicari op. Bart. & multos ad furcas duci: & in lectur. Patauina dicit, quòd aſſeſſores ſeruant opin. Bart. tanquam vtilem Reip. quem refert Mart. Land. conſil. 61. num. 5. inter conſil. crimin. diuerſorum libr. 1. & Flor. in d. l. ſi abducta, dicit, quod aſſeſſores tenent op. Bar. pro Euāgelio. Hanc etiam opin. Bart. ſeruari de conſuetudine atteſtatur Bal. in d. l. ſi dominium, in quadam lectura, quam pauci habent, vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, & veſtem cæleſtem, nu. 16. Dicit etiam Paul. de Caſtr. in l. ſiue manifeſtus, §. 1. num. 13. ff. de cond. fur. quòd opin. Bar. practicatur per totum mundum, & aſſeſſores, & iudices habent eam pro Euangelio, quem refert Marſ. in l. fi. poſt nu. 210. ff. de iuriſd. omn. iud. Dicit etiam Nell. de bann. in 2. par. 1. temp. q. 5. quòd iſtam partem, vt plurimum ſequuntur aſſeſſores, dicentes hanc opi. ſanctam, licèt in fine ſubdat, quòd in hoc aſſeſſores nō rectè ſe fundant de iure: poſſunt nihilominus defendi* [k] *ex varietate opi. & fortè ex cōſuetudine. Dicit etiā Marian. in c. 1. n. 15. in fin. de rap. quòd hæc* [l] *opin. Bart. fecit ſuſpendi centum millia hominum. Et dicit Boer. deciſion. 13. num. 47. quòd op. Bart. communiter ſeruatur in praxi, quam refert Did. lib. 2. reſol. c. 20. n. 15. in fin. & pract. q. 11. nu. 9. & Benincaſius de pauper. fol. 104. num. 17. & Viuius in lib. communium opin. in verbo Iudex domicilij, in fin. tanquam atteſtantem, quòd opi. Bart. ſit communis, licèt ego non reperiam* [n] *in libro meo Boer. in loco præal. in atteſtātem: Bene inueni Afflict. in c. iniuria, in 3. not. nu. 7. de pace iura firm. atteſtātem, quòd opin. Bart. eſt communis. Et dicit Capic. dec. 104. in cauſa D. Comitis, quòd conſ. Neapol. habet illam opin. Bartol. pro vera, ſaltem in practica, quam etiam ſe communiter ſeruari vidiſſe atteſtatur Iac. de Beluiſio iunior in repetit. §. contrahentes, poſt nu. 120. Sed certè ego non credo, quòd in hoc Afflict. verum dicat: Quinimo* [o] *opin. contra Bart. eſſe cōmunem atteſtatur Cæpolla conſ. criminal. 59. circa fin. vbi dicit, quòd hæc opinio contra Bartol. eſt verior,*

46 ex quo ſequitur limitationem Auguſtini † ſupra recitatam, ſcilicet quòd requiratur reſidentia per ſpatium vnius diei, non eſſe veram, quæ mihi videtur ridiculoſa, & ſemper vidi in practica puniri fures captos cum rebus furatis, etiam tranſeundo per alia territoria, licèt moram ibi non traxerint ſpacium vnius diei, & ſi aliquid Auguſtino furto ſub tractū fuiſſet, vtique hoc non dixiſſet. *Baiar.*

k *Ex varietate opinionum.*] Adde, quòd eadem varietas defendit Iudicem, infr. quæſt. 69. verſ. quæro nunquid ad finem, *Drogh.*

l *Opinio Bartoli fecit ſpendi.*] Adde, quòd propterea anima Bartoli cruciatur inferno, infra quæſt. 87. verſic. Punctus eſt, ad med. quæſt. 90. verſ. 1. ad med. At ſi quis ſcire cupiat, cur ita Bartol. in ſuis deciſionibus fuerit ſeuerus, & atrox, videat Stephanum Guazzum de Monteferrato in ſuis Dialogis Italico vulgari ſermone confectis; *Nel Dialogo del Giudice, ad fin.* Nota tamen caſum, in quo, dato pro vera opinione hic recitata contra Bart. quòd videlicet, Fur committendo furtum in vna ciuitate repertus in alia non poſſit ibidem puniri ratione contrectationis; tamen ratione tals cōtrectationis puniri poſſit etiam de iure, & eſt, quando fur repertus cum re furata à Domino rei furatæ in alia Ciuitate, ſe opponit Domino rem furatam quærenti factis, & verbis, & ita ex voto meo practicatum fuit; Namrum eſt tunc, quod ibidem alia Ciuitate extra locum furti fit de nouo contrectatio alienæ rei inuito Domino argum. Text. in §. galliarum Inſtitut. de rerum diuiſione: Qui Textus, dum loquitur in gallinis & Anſeribus habet etiam in bobus, & equis, & vaccis, & alijs ſimilibus furatis, vide Alexandr. inter conſil. criminal. diuerſ. conſil. 71. ſub num. 9. part. 2. & melius per Martinum de Garatis Laudenſem inter dicta conſil. crim. diuerſ. conſil. 61. part. 1. *Drog.*

m *Et dicit Boer.*] Idem Boer. deciſ. 218. n. 5. *Roſſ.*

n *In libro meo.*] Fortaſſe auctoris liber erat mendoſus, ſed Boer. in libr. meo ſub num. 47. bene dicit, quod opiin. Bart. communiter ſeruatur in praxi; quinimo, num. ſequ. dicit requiri, ut ſtet per unam ad minus diem in illa ciuitate, alias nō diceretur fur nouam committere contrectationem, nec contra eum naſceretur noua furti actio.

o *Quinimo.*] Quid ſi ſit uagabundus: uide infra quæſt. ſeq. uerſ. ceterum. Sed contra publicam utilitatem hanc Clari opinionem tenet Suarez libr. ſuo ſententiarum uerbo fur, & uidendus eſt etiam Baptiſta Blottus conſil. crim libr. 2. edit. Zileti conſ. 113. num. 3. 11. 12. & 45. ubi de uagabundo repetit in conſ. 24. in ciuilibus Plotti. *Roſſ.*





p *Contrectando.*) Vbi ad idem vide ibid. plenam additionem. *Giach.*

q *Certè in hoc Ducatu.*) Adde quod in Princi-
47 patu † Cathaloniæ ſeruatur opinio Bart. vt atteſtatur Peguera, in quæſt. crimin. cap. 28. *Baiard.*

r *Et ſecundum hanc opinionē.*] Adde, pro opinio-
48 ne † Barbat. facit Bern. de Land. in addi. ad Angel. in d. verb. & veſtem cęleſtē, verſic. quæro quid ſi furtum, num. ibi alleg. Specul. & Caſtrenſ. tenentes in locis ibi per eum allegatis
49 quod ſi fur † res furatas exponat venales propè aliquod cęmeterium, quod ratione mutationis territorij dicitur ſacrilegus, & confugiens ad eccleſiā, poteſt extrahi, & ſi D. Claro aliquid ſubtractum fuiſſe à fure, qui ad Eccleſiam fugiſſet, non dixiſſet Barbat. non poſſe defendi.
50 † *Baiard.*

ſ *Non credo verū per prædicta.*) Adde, ꝙ imò apertè colligitur hanc opinionem eſſe falſam, niſi limitatè loquendo, vt ſuprà & con. expreſſam regulā, de qua per Dec. in l. nunquam ex poſt facto, nu. 1. ff. de reg. iur. *Drogh.*

t *Vidi etiam quandoq. dubitari.*) Adde, quòd ratione ſacrilegij poteſt etiā procedere Iudex Eccleſ.
51 † ſi vult contra illum, qui in Eccleſia deliquit, ſecundū Didac. var. reſol. c. 20. nu. 18. & Farin q. 28. nu.
52 61. & licet laicus † ſit iudex competens, non tamē poterit capere delinquentem in Eccleſia, ſed Eccleſiaſticus capiet, & tradet Iudici ſeculari, Abb. & ceteri in c. cum ſit generale, de foro compet. n. 27. vbi Marian Soc. in nu. 25. & Barbat. nu. 235.

53 Item adde, quòd ſi quis † fuerit captus per mantellum in hoſtio Eccleſiæ, & ductus extra Eccleſiā fuerit offenſus, non dicitur percuſſus in Eccleſia, Bal. in cap. 1. verb. iniuria, col. 3. de pace iuram. firm. & Ioann. Andr. in cap fin. de immun. eccleſ. in nouella, vbi Abb. tenet contrariū. *Baiar.*

u *Contrariam autem opin.*) Farinac. q. 27. num. 62. 73. & 74. vbi etiam bullam ſummi Pontificis adducit. *Roſ.*

x *Deſinit eſſe in territorio principis.*) Adde, quod hac fortaſſe ratione vſus eſt Cotta in ſuis memorabilibus in verb. Epiſcopus electus, infra q 76. verſic. Item Ciuitas ibi, ſed hæc intelligenda ſunt, per Fel. in cap. ea te coll. mihi 13. §. aliud ſinguli ad fin. extra de reſcript. per rationē fortè, de qua per eundem Fel in c. ſedes circa principium, eod tit. de hæret. nu. 14. & tit. de foro compet. nu. 3. Idem Fel. in c. Rodulphus coll. 11. de reſcri. Contratium tamē in perſona ſacra notatur ſupr. in § læſæ Maieſt. verſ. Hinc infertur. *Drog.*

y *Eſt autem.*) Vulpell. conſ. 46. nu. 12. & ſequēti. Decian d. lib. 4. ca. 19. vbi viginti duas concluſiones tradit, & Farin. volum. 1. q. 7. ſub tit. de inquiſition. *Roſſ.*

*Eſt autem tantæ potentiæ.*) Adde, quod hoc fal-
54 lit † in vagabundo, quod vbique poteſt, vt per Couarr. pract. quæſt. cap. 11. num. 7. *Baiard.*

z *Remittere.*) Fallit in vagabundo, qui poteſt vbique puniri, hanc opinionem Doctor. frequētiſſimo omnium conſenſu ſequuntu, teſte Didaco practic. quæſtion. capitulo vndecimo, ſub numero ſeptimo, quem vide, quia exiſtimat, atque probat falſam eſſe, & numero ſeq. tenet neceſſariam eſſe ad talem remiſſionem faciendam ſummariam criminis cognitionē, & probationem, quæ fieri debet à Iudice loci delicti, qui remiſſionem petit, & cuius expēſis fieri debeat remiſſio tradit ſub num. 10. & num. fin. tractat, an hæreticus ſit remittendus. *Giach.*

*& equior de iure, & hodie etiam magis communis: quē refert, & ſequitur Boſ. in tit. de furtis, num. 18. Et Ang. in d. l. ſi dominium, nu. expreſſe dicit, quod illa opinio Bartoli de rigore iuris communiter reprobatur, licet ſubdat, quod illam vidit obſeruari per plures aſſeſſores, & quod talis obſeruantia eſt vtilis reip. & Angel. refert Alex. in Apoſtil. ad Bart. in eadem l. ſi dominium, & Riminal. conſil. 7. num. 12. & Iacob. de S. Georgio in d. l. ſi abducta, num. 2. de furtis, & Ang. de Vbald inter conſilia criminalia diuerſorū conſil. 71. numero 18. in fin. lib. 2. Et dicit Abb. in d. cap. 1. num. 11. de rapto. quòd vſq; ad tempora Bart. contraria opin fuit communis: quem refert, & deridet Ana. in cap. ex litteris poſt nu. 6. de furtis, licet idem etiam dicat Marian. in eod. cap. 1. num. 15. in fin. Et dicit Pract. Papie. in forma inquiſitionis, in verbo.* [p] *Contrectando, num. 3. quod illa opi. Bart. non eſt communis, neque approbata per Moder. de iuris ſubtilitate, quem refert Pract. Conradi, fol. 368. num. 22. Quinimò Bald. conſ. 154. lib. 1. & conſil. 671. lib. 3. dicit, quod illa opi. Bartol. de facto nunquā, aut de raro obſeruatur, & cōtra illam ſe in facti contingentia iudicaſſe atteſtatur Cæpolla in l. Marcellus, n. 13. ff. de verb. ſignifi. Illā etiam eſſe communiter reprobatam atteſtatur Hippol. Rim. inter conſilia criminalia diuerſorum conſil. 105. nu. 11. li. 1. & ita teneas.* [q] *Certe in hoc Ducatu non ſeruatur op. Bar. vt ſ. fur repertus cum re per eum furata in alieno territorio puniatur criminaliter. Et ita contra illam opin. Bar. vidi in ſenatu ſæpiſſime iudicari, & in ſpecie 20. Nouembr. 1558. in quodam fure Cremēſe. Solet tamē quādoque ſenatus tales fures eijcere à Ducatu ſub aliqua pęna, prout ſeruatum fuit cum quodam Peregrino, 10. Martij 1551. P. N.* [r] *Et ſecundū hanc opin. male potuiſſet defendi conſ. Bar. 33. in primo dubio, lib. 4. in quo cōſuluit, quod fur qui, cū re furata ad eccleſiā confugit, dicitur ibi ex noua contrectatione nouū furtum committere; & ideò poteſt ab ea impune extrahi: quòd* [ſ] *non credo verum per prædicta.*

7 *An autem furta commiſſa in alienis territorijs computentur, & faciant numerum ad effectum, vt quis poſſit pro pluribus furtis ſuſpendi, dixi ſupra hoc eo lib. §. furtum. verſ. ſed pone.*

8 *Vidi etiam quandoq;* [t] *dubitari, an ſi laicus committat aliquod delictum in eccleſia, eius criminis cognitio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, an ad ſecularem; & reperio, quòd Cyn. in l. præſenti, verſ. Secundo quæro, C. de ijs qui ad eccle. cōf. tenuit, quod eius cognitio, & punitio ſpectet ad eccleſiaſticum.* [u] *Contrariam autem opin. quod ſ. cognoſci, & puniri debeat per iudicem ſecularē, tenuit Bar. in l. ſi cui, §. cum ſacrilegiū, num. 3. ff. de accuſat. Et hanc dicit eſſe magis communem opin. Roland. conſ. 24. nu. 5. & 6. lib. 2. & ita reperio in facti contingentia eleganter conſuluiſſe Bertran. conſil. 9. & 10. lib. 7. licet etiam locus eccleſiæ ſit ſacer, non tamen propter hoc* [x] *deſinit eſſe de territorio principis ſecularis. Et ita indiſtinctè apud nos obſeruatur. Faciunt, quę dixi ſupra q. proxima, verſ. Vlterius quæro.*

16 *Eſt* [y] *autem tantæ potentię locus delicti commiſſi, vt de iure communi teneantur alij iudices, puta originis, vel domicilij, ipſum delinquentem remittere* [z] *ad iudicē loci delicti, ſi fuerint ab eo requiſiti; & hoc ad effectū, vt ibi cōtra eū procedatur, & puniatur; & hæc eſt cōis op. vt dicit Cępolla conſ. crim. 59. verſ. primū eſt an de iure, Curt. Iun. in l. hæres abſens, §. 1. n. 5. ff. de iudicijs. Sapia d l. hæres abſens, n. 10. Et ꝙ iudex domicilij, ſi nondū cępit cognoſcere, oīno teneatur remittere, ſi remiſſio petatur, dicit eſſe cōmunem Marian. in d. c. poſtulaſti, poſt nu. 14. verſ. ſi vero iudex, de foro comp. Hanc ēt dicit eſſe comm. opin. in atrocibus delictis Pract. Conr. fol. 249. n. 12. Si vero petita nō fuerit remiſſio, nō tenetur iudex remittere: & hæc eſt cōis opi. vt atteſtatur Didac. pract. q. 11. n. 6. Et ꝙ vbicūq. delicti remaneret īpunitū, ſi remiſſio nō fieret, debeat de neceſ-*